Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xxx

ut custodiat te in omnib' viis tuis.
℣ In manibus portabunt te ne
unquam offendas ad lapidem pedem
tuum. Tr. Qui habitat in adiuto
rio altissimi in protectione dei celi co
morabit. ℣ Dicet domino suscceptor meus
es tu et refugium meum deus meus spe
rabo in eum. ℣. Quoniam ipse liberavit me
de laqueo venantium et a verbo aspe
ro. ℣ Scapulis suis obumbrabit
tibi et sub pennis eius sperabis. ℣
Scuto circumdabit te veritas eius non
timebis a timore nocturno. ℣ A sa
gitta volante per diem a negotio pam
bulante in tenebris a ruina et demo
nio meridiano. ℣ Cadent a latere
tuo mille et decem milia a dextris tu
is tibi autem non appropinquabit. ℣
Quoniam angelis suis mandavit de te
ut custodiant te in omnib' viis tuis.
℣ In manibus portabunt te ne om
quam offendas ad lapidem pedem tuum.
℣ Super aspidem et basiliscum ambula
bis et conculcabis leonem et draconem.
℣ Quoniam in me speravit liberabo eum
protegam eum quoniam cognovit nomen
meum. ℣ Invocavit me et ego exau
diam eum cum ipso sum in tribulacione. ℣
Eripiam eum et glorificabo eum longitu
dine dierum adimplebo eum et ostendam
illi salutare meum. S. mathei.
Illo t. Ductus est ihs in
deserto a spiritu: ut tentaretur a
diabolo. Et cum ieiunasset quadra
gintа diebus et quadraginta
noctibus postea esuriit. Et ac
cedens tentator dixit ei. Si
filius dei es dic ut lapides isti
panes fiant. Qui respondens dixit.
Scriptum est. Non in solo pane
vivit homo: sed in omni verbo
quod procedit de ore dei. Tunc assum
psit eum diabolus in sanctam ciui
tatem et statuit eum super pinna
culum templi. et dixit ei. Si filius
dei es: mitte te deorsum. Scriptum
est enim. quia angelis suis manda
vit de te. et in manibus tollent te.
ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ait illi ihs rursum. Scriptum
est. Non tentabis dominum deum
tuum. Iterum assumpsit eum diya
bolus in montem excelsum valde.
et ostendit ei omnia regna mundi.
et gloriam eorum et dixit ei. Hec
omnia tibi dabo: si procidens ado
raveris me. Tunc dixit ei ihs.
Vade satanas. Scriptum est enim.
dominum deum tuum adorabis. et illi
soli seruies. Tunc reliquit eum
diabolus: et ecce angeli accesse
runt et ministrabant ei. offertorium. Sca
pulis suis obumbrabit tibi dns et
sub pennis eius sperabis scuto circum
dabit te veritas eius. Secreta. Sacri
ficium quadragesimalis initiaturi sol
lempniter ieiunantes. ut a cunctis terrene
conversationis carnalium a nobis quoque
voluptatibus temperemus. Per. Com.
Scapulis suis obumbrabit tibi et
sub pennis eius sperabis scuto circum
dabit te veritas eius. Oplin. Qui
nos divine sacramenti libamen